

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkundenabschriften und Aktenauszüge zur Habsburgergeschichte - Cod. St. Blasien 44

[Wien], [17. Jahrh. / 1. Hälfte 18. Jahrh.]

Angelegenheiten von St. Maxim in Trier

[urn:nbn:de:bsz:31-49680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-49680)

134

Succincta deductio quantum materia amplitudo
permittit, a multis annis suscitata controversia per
Reverendissimos Archiepiscopos Treverenses, qua Imperiale
Abbatiam S. Maximini in suburbio Civitatis Treverica
sitam, cuncta Treverensi subditam in spiritualibus
et Temporalibus prætenderunt. et in qua prætensio
Otto eius nominis primus Imperator in iudicio contra-
dictorio eosdem fundatos non esse, declaravit Anno
953. Ea q̄ declaratione non obstante omnibus modis
laborarunt eandem prætensionem obtinere ab Impera-
toribus succedentibus quando gratia et favore magis certare
quam iure contendere opportunum crediderunt, sed huc-
usq̄ nihil solidi consequuti sunt, et in prætendendo conti-
nuarunt, Imperatores eorumq̄ consiliarios importunitate
maxima diuicis temporibus sollicitantes.

Principalis articulus controversia prædicta consistit in eo. Quod
Archiepi prætendunt eandem Abbatiam ipsis subiectam tam
quoad spiritualia quam quoad Temporalia quodq̄ in eadem
absolutam iurisdictionem habent prout in alijs Abbatijs discer-
sis Treverensis attribuentes sibi titulum supremi domini
vulgo Landfurst tam in ipso loco ubi monasterium est situm
quam in alijs dominijs, terris et alijs membris eiusdem quali-
cunq̄ nomine et titulo sint honorata, tanquam si tota
Abbatia cum omnibus suis dependentijs et membris sine dubio
essent sita in patria ubi hoc tempore Archiepi Treverenses
iurisdictionem spirituales et etiam Temporales habent.

Abbatex adverso sustinuerunt et sustinent (pro ut est
ipsa veritas.) prænominatam Abbatiam non esse sitam in
patria Treverensi sed in sacro Romano Imperio, et nul-
latenus subditam iurisdictioni spirituali aut Temporalis
qua Archiepi honorati sunt. Quandoquidem quoad spiritua-
lia alium superiorem non agnoscit aut agnoscere tenetur
quam sanctam sedem Apostolicam. Et quoad Temporalia

Imperatoriam maiestatem ipsumq; imperium cuius
insigne membrum existit iuxta eiusdem Abbacia
infinita privilegia: et quod amplius est proprium officio
in Curia Imperiali habent Abbates, et quidem heredita-
riam, nempe quod Imperatrici pro tempore sint Archiepiscopi
Lani.

Pro cuius declaratione et deductione similiter originis
antiquitatis eiusdem disputationis et argumentorum
quibus erroneam suam protectionem Domini Archiepiscopi
probare conati fuerunt promittendum est diversas, magnis
numero mutationes advenisse in imperio post primam fundatio-
nem huius monasterij.

Qua quidem prima fundatio procurata fuit anno Domini
Incarnationis trecentesimo trigesimo tertio instanti
solicitante Sancta Helena: fundata vero liberalitate
Constantini Imperatoris eiusdem Sancta Helena filii
qui bona quae idem monasterium hoc ipso die adhuc possidet
in Mertert et locis vicinis in eum finem dedit: Et ad effe-
ducta opera et labore Sancti Agrii, ante illud tempus
Antiochena ecclesia patriarchae, qui secundus Treverensis
Apostolus fuit, et populum a prima conversione operis
Eucharistiae ^{procurata} in paganismum relapsam, secundo ad veram
fidem convertit.

Haec siquidem antiquorum monumentis et historiis
traditum est, Romanos dum gloriose verum potiebantur
in omnibus istis partibus a Cycambis bello laessito
fuisse, qui Cycambri Francorum nomen postea assumpsit
eosq; in acquirendis divicis Romani Imperij membra
eiusq; victores exarisse, quod Germaniam occupaverunt
et ab Imperij obedientia subtraxerunt. Idq; tempore
Martini Imperatoris qui Imperij coronam bene
circiter annum quadringentesimum quinquage-
simum quartum et mortuus est circiter annum 460

Et quamuis ciuitates Treuerensis et Coloniensis cura et sollicitudine quorundam nobilium Romanorum in fidelitate perseuerabant nihilominus inde eiecti fuerunt a Childerico quarto Francorum rege qui patri suo Meroneo successit circiter annum 460

In quo tempore praefata ciuitates non fuerunt sub Romanorum imperio neque tanquam eiusdem membra habitae et reputatae: sed sub regno Austrasiae comprehensae, quando a regibus Francorum postmodum erectum fuit

Quod quidem regnum Austrasiae initium habuit sub Theodorico filio Clodionis primi eius nominis Francorum regis, circiter annum 514

Cuius regni non minima pars erat celeberrimus et antiquissimus Austria Mosellana Ducatus, incipiens paulo infra ciuitatem Metensem ad ripam Mosellae fluminis, et continuans eius fluminis tractum et fluxum sicuti praeterlabitur Theodoniswillam, Coloniam versus usque ad Juliae et Geldriae fines.

Et inter alias eiusdem ducatus Austriae Mosellanae ciuitates erat ciuitas Treuerensis prout legitur in vita Frederici Ducis Mosellanae.

Cuius ciuitatis Archiepi nullam habebant iurisdictionem temporalem et erant simplices diocessani nec alio quam Archiepiscopi, Archimandrita, Archiflaminis honorabantur titulo, sed regum Austrasiae et ducum Austriae Mosellanae parebant potestati ac imperio.

Secundo praemittendum et sciendum est quod quamuis primitiuae fundationis litterae huius Abbatiae non inueniantur istis temporibus neque augmentationis dotis anni 333 usque ad tempora Dagoberti Regis Austrasiae, et postmodum etiam Francia, idque propter plurimas decimationes diuersaque accidentia quae in his provinciis euenierunt.

Quemadmodum fuit Hunnorum rabies quos constat Germaniam
multa damna intulisse et Treverim deuasasse circiter anno
420

Nihilominus posteaquam praefatus Dagobertus cum consensu patris
sui Clotarij secundi Francorum Regis regimen regni Austrasiae
erat adeptus circiter annum 617 aut sicuti alij volunt 620

Conuenienti consilio Episcoporum suorum Comitumq: legatos
sua parte ad Abbatem Memilianum direxit ut diligenter
inquireret dicto regi per seipsum indicaret: quibus autem
illud Monasterium s^{ti} Maximini constructum; vel cuius im-
p^{er} pristinis temporibus esset subditum

Quam legationem Abbas cum fratribus sollicite percipiens,
lectisq; in eodem loco quibusdam vetustissimis cartulis inuenit
est

- 1 Monasterium Constantini fuisse regale Templum
- 2 Ac iussu eius dedicatum fore in honore S^{ti} Iohannis Euang^{el}
- 3 A sancto Agrio Veretabili Archiepiscopo
- 4 In quo petente Helena, eadem fauente supra
Imperator pauperes Christi congregauit
- 5 Quodq; loci habitationem alia persona noluit sub-
i^{er} nisi sua successorumq; Imperatorum potestate

Hoc exemptionis priuilegium Rex Dagobertus confirmauit sic
plures reges eius successores, prout copiose probabunt eisdem mon-
priuilegia

Tertio praestitendum est quod tempore praefatorum
Austrijae et aliquot centenariis annis diuersa fuerunt forma et mo-
administrandi Abbacias: Et quidem inter alias in partibus
Mosellaniae Reges sibi attribuerunt et arrogauerunt auctoritate
disponendi de abbatibus sicuti ipsis bonum visum fuit

Ita ut huiusmodi Abbatiarum administrationes dederint in
 feudum suis Principibus et aulicis unde diuersa contentiones
 imo bella quod magis est orta fuerunt inter illos qui huiusmodi
 donationes et infundationes obtinuerant

Ex quo alius usus et forma conseruandi eos qui eiusmodi beneficia
 a regibus consequuti erant introductus fuit, maxime quando Epi
 aut Archiepi similes administrationes impetrauerant: ut sci
 licet cogerentur similiter supplicare pro protectoribus et aduocatis
 qui auctoritate regia ipsos defenderent, contra illos qui has admi
 nistrationes impedire et in ijs ipsos turbare et inquietare co
 nabantur.

Quemadmodum infinitae constitutiones diplomata et regia or
 dinationes hac de re passim extant apud Historicos nominatim
 apud Franciscum Posieres Ecclia Tullensis dum viueret Canoni
 cum et archidiaconum qui libros stemmatum Ducum Lotharin
 gia et Bauri conscripsit

Et quamuis verba quibus reges tunc temporis vsi fuerant in
 constitutionibus praedictis iuxta corticem accipiendo et in
 ipsorum significatione vulgari, videri posset, Abbacias Episcopis
 et Archiepis hereditarie fuisse collatas

Veritas nihilominus est quod quoadusq; haec forma administrandi
 Abbacias durauit, administratores nullum ius hereditarium
 habuisse, sed discedente et moriente aliquo regum nouam com
 missionem et donationem obtinere coactos fuisse: Similiter mori
 ente aliquo administratorum siue secularis siue ecclesiasticae
 dignitatis fuerat haeredes et successores de continuatione talis gratiae
 et beneficij securi non erant donec eiusdem renouationem obtinuerant.

Quod liquido apparebit observando et annotando ex praefata
regum concessionibus Abbacias quarum administratione
Archiepi Treverenses habuerunt: Item a quibus regibus
Item sub quibus protectoribus; Et clarissime erroris con-
centur manifestissimi qui huiusmodi regum beneficia
se temporalia et ad vitam tantum indulta hereditaria
dicere voluerunt

Optime proinde annotavit et monuit Richardus a Waspe-
burgh ecclae Verdunensis dum viveret canonicus et Ar-
diaconus in historia sua de vitis Eporum Verdunensium
describendo vitam Gestaldi Epi Verdunensis et tractans de
fundatione monij in Toley Treverensis diocesis quae fundata
fuit per Grimonem nepotem memorati regis Dagoberti

Nam posteaquam idem autor inter alia retulit quod Grimo eam
Abbatiam in proprietate dederat in eleemosinam sancto Patre
Episcopo Verdunensi eiusque successoribus. Subsequentia subijcit

Quod talis donatio intelligi debeat quod post administrationem
et regimen religiosorum residuum applicabatur
discretionem Episcoporum in sustentationem sui clerici
quod tunc temporis et in primitivis foundationibus
monasteriorum consuetudo erat ut fundatores vita ip-
sorum durante subministrarent religiosi necessaria et
residuo disponerent pro suo beneplacito, vel darent
iusmodi auctoritatem aliquibus Epis aut alijs par-
ticularibus personis quibus confidebant. Ita quod saepe
Unus Epus aut Abbas haberet administrationem
monasteriorum. Cuius causa erat ne alijs negotijs
religiosi implicarentur quam servitij divini.

Quarto praemittendum est quod regno Austria in pe-
travoli magni denuo cum regno Francia unito et vti di-

137

confuso omnes eiusdem regni prouincia per ipsum possessa fuerunt
et ad Ludouicum piū eius filium p̄ eo Caroli obitum deuolu-
ta nempe Italia Germanica et omnes patria vulgo Gaules-
dicta

Per quam Unionem ciuitas Treueris reuersa est sub unitate
Imperij quod a Carolo magno possidebatur eratq; hereditarium
et non electiū.

Verum praedicta unio exiguo tempore durauit quia posteaquam
Carolus magnus Imperator creatus erat anno 802 vita dis-
cessit anno 815 vel circiter

Filius vero eiusdem Ludouicus Pius circiter annum 841
relictis ex primo matrimonio duobus filijs Lothario scilicet
et Ludouico: Ex secundo vero thoro Carolo qui Caluus dictus
fuit. qui regna paterna inter se diuiserant modo quo se-
quitur.

Lotharius hereditario iure Imperium obtinuit cum
regione inter fluios Rhenum et Schaldam quae in
medio praeterlabitur et secat fluiuis Mosam eamq;
in regnum erexit et a suo nomine regnum Lotharingiae
nominauit

Cuius regni descriptio apud historicos inuenitur quodq; ciuitas
Treuerensis et patria adiacens sub regno Lotharingico fuerit
comprehensa.

Ludouicus Germania rex fuit cuius descriptio
similiter apud historicos extat

Carolus Caluus consequutus est regionem a mare
Britannico usq; ad praefatum fluium Schalda
nuncupatam

Postquam diuisionem aliae mutationes sunt subsequuta tam per

Subdiuisiones inter proles per mortem prefatorum regum
factas, quam bella hac occasione insequuta.

Neq[ue] harum mutationum finis fuit nisi tempore Imperatoris
Othonis tertij qui regere cepit anno 934 vel circiter. De
Ludouici quinti francorum regis qui regnum adeptus e[st]
circiter annum 936. Quia istis imperatore et rege reg-
nibus quemadmodum regnum Lotharingie exordium habuit
per diuisionem quam filij Ludouici Pij fecerunt, ita
diuisionem quam inter se conuenierunt prefati Imperator et
nomen suum perdidit. Et pars regni istius quae erat a Mosas vsq[ue]
ad Schaldam regno Francia, pars vero altera a Mosas vsq[ue]
ad Rhenum Imperio fuit annexa.

Per hanc diuisionem ciuitas Treuerensis de nouo reuertitur
primam suam statum et sub Imperio esse incipit, neq[ue] ali-
nomen aut Iurisdictionem aliam habent hoc tempore Ar-
chiducipiscopi quam diocesani simplices.

Abbatia interim s[an]cti Maximini tempore harum mutatio-
etiam mutationes hoc est in diuersis suis priuilegijs in-
usuptiones patitur, Sed des autore eadem recuperat reg-
Henrico huius nominis Imperatore primo, sicuti hoc al-
tuo Otto eius filius similiter sui nominis primus anno in-
nationis 840, Tertio nonas Junij

Priuilegium decimum in ordinem

Hic Otto primus quemadmodum et secundus et tertius optime
hoc monasterio fuit meritis, suntq[ue] hi Imperatores qui
quissima priuilegia huius monij scientes et ipsum antiquo
splendori et pristina exemptioni restituerunt. Porro Otto
regare cepit circa annum domini 938

DISPUTATIO PRIMA

Et in fauorem huius monasterij de crota decisio

Hicce pramissis, incipiendo originem disputationis et controuersia primo omnium mota et suscitata per Archiepos Treuerenses pro pratensa subiectione et proprietate eiusdem. Sciendum est quod regnante et Imperante Ottone Cesare primo. Ruthbertus in ordine 69 Archiepus aliquorum quos rei veritas latebat adhortatus in finem eiusdem Ottonis super loca et Abbacia S^{ti} Confessoris Maximini adijt regalitatem.

Hanc iniuste sibi vel ecclia sua ablatam fuisse conquestus.

Hac est prima quarela qua unquam mota inuenitur, fundata in errore (de quo supra dictum fuit) illorum qui quod anterioribus temporibus Ruthberti Archiepi prodecessoribus a regibus Austrasia conceperunt fuerat quoad administrationem huius Abbacia, iuxta morem tunc temporis vsitatum, hereditarium quid esse summo cum errore sustinuerunt, procedentis seculi consuetudinem ignorantes.

Verum decisio longe aliter sonat qua pronunciata fuit per Ottonem primum (qui meritis suis Magni titulum obtinuit) cuius verba sunt haec.

1. Vos tamen lectis in presentia nra, eiusdemq^{ue} Archiepi Ruthberti vel (si est et) aliorum^{que} fidelium nrorum super eodem loco procedentia regum priuilegijs et decretis
2. Eum ab antiquissimis temporibus ad opus monachoru^m constructum

3. Nulla alia ecclesia vel sedi appendicem.
 Si nullius ecclie appendix, Ergo nec Treuerensis, Ergo nec ab eadem ablata dici potuit

4. Aut subiectum

5. Sed semper sub regia tuitionis clipeo et potestate
permanisse reperimus

Si semper regia tuitionis clipeo, si sub regia potestate, quid iuris-
onis temporalis imaginantur sibi Archiepi in hoc monasterio co-
id quod hic anno 953 testatur Imperator fuisse probatum, et o-
nationem quam pro futuro tempore dedit verbis subsequentibus
eadem sententia

6. Ne igitur eadem privilegia talibus predicti Du-
berti reclamacionibus aut querelis infirmare,
vel Abbas aut monachi ibidem Deo seruientes,
ulterius infestatione comprimerentur

7. Idem coenobium cum Abbacia | vnde nota aliud
dicendum quid significare vocabulum coenobi-
aliud vocabulum Abbacia | sub noa perpetua
et omnium succedentium regum defensione
potestate permansurum volumus.

Quam igitur hic potestatem aut iurisdictionem arrogare nituntur
Archiepi in hoc loco et coenobio, in hac Abbacia huic terris et do-
a coenobio dependentibus?

8. Et praesentati Episcopi vel successorum suorum
occasionis iniusta. Super eodem loco quare
praesentati nri autoritate excludimus.

Verba haec postrema veram continent absolutionem Abbatis a
impetitione Archiepi Rulberti, et silentij impositionem ei
Archiepo suisq; successoribus

Predicta omnia sunt ipsa verba textus
constitutionis et declarationis Imper-
Ottonis de data 13 KI septembris Anno
ni privilegio huius monasterij duodecimo

Ex quibus inferendum est quod Archiepus Rubebertus male et ~~non~~ in non admissibili sensu intellexit litteras regum Dagoberti, Sigisberti, Pipini et aliorum successorum eorundem; quemadmodum alij multi Archiepi qui euctam Treverensem post Archiepūm Rubebertum rexerunt, cum manifestissimo errore fecerunt, quamvis non omnes.

Alioquin et si verus intellectus fuisset litterarum prefatorum regum prout per errorem intendebat Archiepus Rubebertus Imperator Otto facile ad iudicasset ipsius petitionem

Ut qui erat de familia ducum Saxonia

Wassemb. in praedicta historia fol. 129 verso Item 182 folo

Sicuti erat etiam idem Archiepiscopus Rubebertus

Petrus Morreus in libello de Electoribus ecclesiasticis in vita Archiepi Rupperti alias Rubeberti fol. 269

Et ob id maximo cum applausu sanctae sedis Aptaicae Imperialis ista decisio huius primo omnium mota controversia approbata fuit per Pontificem Agapitum congratulante uniuersis clero Romano.

Probatu per bullam Pontificis Agapiti in libro Aureo huius monasterij

Nec mirum, ista siquidem decisio praeccludit Archiepiscopi aditum ad insistendum in contrarium per exhibitionem instrumentorum et litterarum regum et Imperatorum anterioris data quam est ista determinatio qua rei indicatae auctoritatem obtinet, et litis finita exceptionem in perpetuum parit

DISPUTATIO SECVNDA

Post memoratam Imperatoris Ottonis decisionem monachum S. Maximiani difficultates nullas habuit ratione subiectionis aut proprietatis (quamvis diuersis temporibus in bonis et dote maximam diminutionem sit passum prout infra dicitur) usq ad tempora Adelbertonis 84. Archiepi

De cuius naturali et moribus aliud hic non dicitur quam in
et annalibus ecclie Treuerensis narratur.

Quidstalis vir erat qui facile totum mundum Imp
contra Imperatorem commouisset si quod petebat
obtinisset.

Hic itaq; Adelbero (ut etiam verbis dictorum annalium utan
ne quidquam a nobis fictum aut exogitatum dici possit) mu
colligendo, factus est valde Abundans in rebus; et undiq; corras
sibi, quod mens utile suavit; et nec coenobijs proprijs hac pas
peperit. Unde et eccliam s^{ti} Eukarij saxitij, Mathia Apos
nimis attriuit nimiumq; grauavit; et quotidie succrescens, ad
dam magna qua mente gerebat preparationem faciebat.

Tandem Abbatiam s^{ti} Maximini ex antiquis priuilegijs sua ei
+ in fundo s^{ti} Petri sitam, et de iure antiquo ad suam pertinens
dispositionem, intelligens: omnino animum apposuit quomodo
de manu regis eriperet suaq; ecclia restitueret.

Hi duo Articuli verbotenus desumpti su
ex gestis sive annalibus Treuerensis ec
in vita Adelberonis Archiepi in ordine 8
sub rubrica. qualiter in Archiepura sit e

Ex quibus facile quilibet vir bonus et cordatus indicabit quod
obstante decisione Imperatoris Ottonis, et interpretatione qu
dederat, visis tam Archiepi Rubeoti quam Abbatis vetustiss
cartulis. Adelbero disputationem renouare et in cortice verbo
Pradium Item territorium morose insistere non erubuit, r
aliter q; d. 1139

Vixit aliud cogitans quam quo modo, colore, aut pretexto Abba
hanc a potestate regis (qui erat Imperator Conradus tertius)
fauore eiusdem Adelberonis ad Imperialem dignitatem pro
fuerat anno 1139) posset eripere et ecclia Treuerensi sicuti dic
restituere.

Nec ab incepto desistit donec idem Conradus Imperator quod petebat concepit hoc est Abbatiam S. Maximini sub specie instrumentorum male et contra verum sensum intellectu nono: In qua donatione tantopere Treverenses confidunt ut nihil contra eandem cum fundamento dici posse iactent et cum exhibitio eam eiusdem apud obuios de ijs qui ipsis contradicunt cum stomacho quodammodo conquarantur.

Et magis quod post cruentum bellum occasione eiusdem preatense donationis ortam, inter prefatum Adelberonem et Henricum tunc temporis comitem Namurcensem simul et Luxemburgensem eoque titulo Abbatie hereditariam protectorem: Transactio inita fuit anno 1146: et per eandem prefata ordinatio Extradi confirmata

Prout etiam postmodum per Imperatorem Fredericum Barbarossam ratificata Anno 1157

In quibus tribus titulis taliter gloriantur, ut amplius hac de re disputare nolint, praesertim posteaquam errores erroribus necitendo eorundem confirmationem a diuensis Imperatoribus quos rei veritas latebat de verbo ad verbum obtinuerunt

Et quia veritatem in tribus istis prioribus titulis oppresserunt, eosdemque fauore, astu, et importunitate impetrarunt per narratio eam non veram, necesse est vitia hac detegi, et qua Treverenses fateri nolunt omnibus manifesta fieri.

Primo quod nec Imperator Conradus uti nec eius predecessor Lotharius Imperator secundus ausus fuit quantumcumque paruum id fuerit Archiepiscopo Adelberoni denegare utpote quod eius auxilio et directione ad coronam Imperialem peruenerant. Et quod sciebant eundem talem virum esse qui facile totum mundum Imperij contra

ipsos concitasset. Item quod penes eundem Adelberonem ve-
batur regni robur et mentem existere.

Contenta huius articuli clarissime pro-
tue in gestis Treuerensium in vita die
Adelberonis.

Secundo quod Imperator Conradus Abbatem s^ti Maximini non
audiuit antequam donationem protensam concederet et resolu-
ti in quo gravissime peccavit et cruentissimi belli causa fuit
quod factum non fuisset si ante eius resolutionem Abbatem
audiisset, quemadmodum Anno 953 Otto magnus ille Impe-
fecerat.

Tertio quod Imperator Conradus fundavit donationem suam
litteris regis Dagoberti et aliorum regum Austrasia et Franco-
qua per Archiep^um Rubeum allegata fuerant, quorum
verum et genuinum sensum non intellexit prout ducentis an-
ante ipsum Imperator Otto in praesentia Ep^orum et Comitum
suarum eandem intellexerat.

Quarto quod Conradus non contentus commisisse errorem praedictum
noni adhuc erroris factus sit autor, in hoc nimirum quod quum
antiores reges in suis concessionibus solummodo dixerint ecc^l
s^ti Maximini in praedio et aliquando in territorio s^ti Petri
Treuerica esse sitam. Conradus ex suggestione Adelberonis dicit
eandem sitam in fundo s^ti Petri, quod vocabulum fundus in
antiquorum regum constitutionibus non inuenitur.

Quem errorem commisit in gratiam eius qui ipsum in Imperatorem
seu Romanorum regem elegerat, et propter importunitatem
utabatur idem Adelbero sicut idem Conradus in litteris s^t
protensa donationis attestatur his verbis.

- 1 Sed nostra memoria multo frequentius et vehementius eandem quaerimus ventilauerunt apud dea recordationis Henricum auunculum nostrum Romanorum Imperatorem quartum venerabilis Archiepiscopus Bruno.
- 2 Apud praedecessorem nostrum Athanum Imperatorem tertium ut magna reuerentia nobisq; summe fidelis Adelbero Archiepiscopus Aplice sedis Legatus.

Et paulo post

- 3 Idem Archiepiscopus rediunam proclamationem magnis et assiduis allegationibus in oculis principum presentauit

Quinto quod Imperator protensam donationem huius Abbatia fecit ob reuerentiam Innocentij Papa secundi cuius Archiepiscopus ^{Adelbero} erat Legatus, etenim textus sic ait

Nos itaq; in hoc ipsum tam manifesta inobedientia attestatione; Tum etiam precibus et petitione venerabilis patris nostri Papa Innocentij secundi.

Qui tamen Papa postea quam de antiquis monasterij iuribus, privilegijs et immunitatibus informatus fuit longe aliter sensit et eadem confirmavit hisce verbis

Libertatem etiam a Romanis Pontificibus et religiosis regibus siue Imperatoribus monasterio suo collatam inuiolatam conseruari decernimus: Ut videlicet idem locus nulli unquam sedi vel ecclie subdatur, sed sub s^{ta} Romana ecclia iure et patrocinio: et Imperatorum munde burdio seu tuitione consistens et libertate et immunitate fruatur, quam Idem monerium a Romanis Pontificibus et imperatoribus dignoscitur habuisse

Probat per bullam Innocentij secundi de data 2 nonas May Anno 1140. Et ita posterioris data quam protensa donatio Imperatoris Gerardi de anno 1139

Sexto quemadmodum praetensa donatio Imperatoris Conradi novum
continet errorem in hoc quod verbo fundus utatur nunquam ante
per anteriores reges visitati in conceptionibus quibus Treuerense
se iuvare nituntur. Ita et transactio subsequuta postea qua
patria Luxemburgensis et Treuerensis, flamma et ferro fuerat
devastata novum errorem ostendit; Nam quamvis monasterium
alium non agnoscat fundatorem prout ante dictum est quam
peratorem Constantinum Magnum nihilominus textus praetere
transactionis dicit s^{um} Hidulphum s^q in ordine Archiepiscopi
coenobii fuisse fundatorem

Verum digna esset (prout est necessaria solutio) si Treuerenses ap-
pate respondere possent ad hanc questionem et antimoniam. Sci-

Quomodo Rex Dagobertus potuit dare hanc
tiam s^o Modaldo s^q Treuerorum Archiep-
sienti sustinent iuxta litteras regis Dagoberti
in hac disputatione exhibent qua tamen temp-
dicti s^o Modaldi in esse non fuit si s^o Hidulph-
s^q in ordine Archiepiscopus eiusdem est fundator

ordinem qui est inter s^{os} Modaldum
Hidulphum probat catalogus Archie-
Treuerensium.

Quis etiam erit ille index qui visis huius antiquissimi monast-
privilegijs poterit excusare excommunicationem in Heinricum
Comitem Namurcensem et Luxemburgensem fulminatam
vitio nullitatis et violentiae?

Et ob id praetensa transactio observata non fuit, sed causa maior
malorum

Hoc probant gesta Treuerensium in vita
85 et Arnoldi 86 Archiepiscopi qui Ade-
immediati successores fuerant

Nam praeterea quod utraq; patria funditus quodammodo fuerit ex-
religiosi vim et iniuriam Adelberonis videntes proprium locum
servaverunt conferentes secum ea quae poterant privilegia et ornam-

Inde monasterium omnino fuit mutatum per religiosos quos aliunde euocauit Adelbero qui ipsi ad nutum paruerunt nec monasterij privilegia et ornamenta defendere ausi fuerunt

Probatum per praefationem libri aurei huius monasterij et gesta Treuerensium.

Omnibus istis non obstantibus et qua non minima ruina monasterij fuerunt, Deus miraculose huic malo medelam attulit sicuti sapiens in alijs afflictionibus qua Abbatia pertulit

Probantur antiquiores miraculosa huius monij conseruationes in vita sancti Maximini.

Et enim posteaquam Rodolphus huius nominis primus Imperator regnare et imperare coepit circiter annum 1273 inspirante Deo oia antiqua privilegia huic Abbatia restituit duobus diplomatibus in hunc finem expeditis

Probatum privilegio 39 et 40.

Et sciens quod pacifica maxere non posset propter inordinatos appetitus eorum qui huic loco semper insidiati sunt, protectorem dictorum privilegiorum depono constituit Henricum comitem Luxemburgensem Henrici comitis Namurocensis et Luxemburgensis pronepotem Anno 1276 quinto Kal Julij

Privilegio 41.

DE IURE PROTECTIONIS quod Ducibus Luxemburgensibus competit in Abbatia s. Maximini.

Cuius occasione merito hic dicendum est de iure Protectionis quod Ducibus Luxemburgensibus in hac Abbatia competit, praesertim attento eo quod Treuerenses (qui nihil intactum relinquunt eorum qua sibi commoda videntur etiamsi in Ducum Luxemburgensium antiquissimo sint patrimonio) etiam hoc ius in controversiam et disputationem trahere non fuerunt veriti.

Et quidem cum tanta animositate et obstinacia quod animaduer-

tentes Serenissimorum Archiducum delegatos commissarios
eandem disputationem saluo iure suorum principum non po-
aut velle admittere in conferentia in civitate Treuerica ha-
anno 1613, et alijs de causis indicta, eandem tractare non

Pro primo itaq; fundamento huius protectionis repetenda sunt ea quae
superius de primacia huius Abbacia fundatione sunt dicta
probata et quando opus fuerit probabuntur ex ipsis Treuerica
gestis et annalibus. Quod monasterium hoc a prima sua
fuerit reservatum

- 1 Sub Imperatorum mundi buidio
- 2 Tutitionis clypeo
- 3 Item potestate

Imperator igitur huius Abbaciae sub qua terra; dominia
et reliqua qua inde dependent comprehenduntur est Verus
originarius et naturalis protector, accipiendo vocabulum, Pro-
tor, in significatione particulari.

Alioquin et iuxta iuris communis dispositionem Imperator est
totius mundi protector, verbum Protector in generali signifi-
accipiendo

Quamvis plures reges et Principes non obstante hac iuris dispo-
sitione Imperatorem non recognoscunt et parvi cuiuscemod
protectionem generalem faciunt se ipsos terrarum regna
et principatum quos possident supremos dominos vulgo Sou-
verains nominantes.

Aliqui iure belli, alij in vim concessionum et privilegiorum
ab antiquis Imperatoribus concessorum, alij alio iure, cu-
violate similiter sibi ascribunt protectionem quandam
neoralem in subditos sui supremi domini, regni et princip

Præterquam protectionem generalem tam Imperatori quam alijs principibus competentem, necessitas et rerum experientia aliam quandam formam protectionis particularis introduxit. Et tam Imperatores quam alijs principes successu temporis certa quadam sui imperij regni et principatus loca in particulari suam protectionem susceperunt, illa plerumq; qua magis opprimebantur aut opprimi posse verebantur.

Ipsæ propter imperij regnorum et principatum magnitudinem et Vassallorum et a manu principis beneficiorum naturalem quandam inclinationem fœda et beneficia sua dilatandi, ampliandi, extendendi, et opprimendi vicinos qui minoris erant dignitatis et potentia, nec ipsorum conatibus resistere poterant.

Quod quidem malum eorum radices egit ut Imperatores reges et Principes qui in singulis locis personaliter esse nequebant nec protegere eos quos in particulari hac protectione susceperant, coadi fuerint alijs quibus confidebant eandem delegare.

Neq; malitia hominum in his terminis subsedit, sed causa fuit introductionis alterius adhuc generis Protectorum et advocatorum pro conservandis redditibus et prouentibus piorum et religiosorum locorum.

Ita quod magna sit diuersitas in qualitate protectorum.

Descendendo igitur ad primam qualitatem protectionis, Imperialem scilicet et regiam ab origine monasterij Imperatoribus reseruatam, non inuenitur delegata fuisse per Imperatores a temporibus Constantini magni, quo ad usq; hæc prouincia sub imperio Romano permanserunt.

Vel si delegata fuit, de eoprobatio nulla inuenitur et ob id dicendum quod in persona Imperatorum permanserit.

Qui posteaquam per Francorum reges deiecti fuerunt a supremo dominio quod in istis partibus Mosellanicis habebant.

Predicta protectio per eosdem reges una cum dominijs quæ sibi subiecerant acquisita fuit idq; circiter annum 460.

Post quod tempus prima delegatio huius protectionis quoad
Abbatiam s^{ti} Maximini facta inuenitur, Arnulpho^{pp^{us}} duci
Mosellania per Dagobertum Austrasia regem anno 623.

Hoc diploma inuenitur in
historia Francisci Osiereus fo

Qua commissioes (uti honorabiles) plerumq^{ue} sollicitantur
successoribus illorum qui primo iisdem condecorati fuerunt et
temporis lapsu induunt quandam similitudinem rerum
hereditariam quemadmodum in hac protectione accidi

Nam constat ex antiquis monumentis et historijs quod Com
Luxemburgenses recta linea a Ducibus Austria Mosellania
descendentes protectionem hanc tanquam partem her
editatis a dictis Ducibus deusoluta in diuisione bonorum paternorum
estimauerunt antulerunt, et proportionem filiali inter se di
tribuerunt. Imo titulum suum hac qualitate exornauerunt

Wassomb. fol. 2

Quod nec mirum nec nouum uideri debet, idem siquidem
principes fecerunt a praedictis Ducibus Austria Mosellania
similiter descendentes.

Prout Fredericus Odonis sine Othonis Mosellania ducis filius
qui titulum Ducis Mosellania gessit et aduocatus Abbat
s^{ti} Michaelis.

Wassomb. fol. 292 pg

Quatenus autem demonstratur protectionem hanc factam
Comitibus Luxemburgensibus hereditariam post duces Me
lanicos inseretur tenor litterarum Comitis Conrardi filij Ge
elmi comitis, quibus id ipsum clarissime demonstratur. Ver
sunt haec.

In nomine dⁿⁱ et indiuidua Trinitatis. Ego Conrard
Comes de Lutzenburgh. Postquam providente deo post
cessum pijsissimi genitoris n^{ri} Wilhelmi Comitis d
ni regia quidquid iuris n^{ri} est cum omni integri

recepimus, consilio nostrorum quid nos hominibus nris, quid nobis
 homines nri quid nos eccl'is quid nobis eccl'a ad advocatiam
 nram spectantes deberent, sollicite perscrutari studu'g.
 Vnde cum in eccl'a S^{ti} Maximini proximo die post festu'
 eiusdem gloriosi confessoris venissemus, et in loco nobis
 parato una cum Abbate Gerardo ad celebrandum placitu'
 nostrum sedissemus, de omni iure nro, ac precipue de
 seruitio quod ipso die nobis debetur presentibus liberis ho-
 minibus nris, ministerialibq' nris, et ministerialibq' ecclesie
 perscrutati sumq'. Quod tamen ut debito ordine processum
 haberet. Tibaldum de Bettingen Wezelonem de Zoluen
 Renerum de Dommoldingen ut convocato consilio cum
 paribus suis de iure nro iuxta quod a patribus suis perce-
 perant vel certe ex privilegijs qua in ipsa eccl'a sunt
 cognovisse poterant nobis referrent sicut debuimus, mo-
 nuimus.

Aduocatia itaq' quam habebat Comes Conradus erat ab ipso
 recognita et suscepta a manu regia inter alia iura ad ipsu'
 devoluta post discessum sui genitoris. Et per consequens
 hereditaria sicuti alia fenda qua ab Imperatore in feudum
 recognoscere benebatur.

Aduocatia itaq' qua a rege Dagoberto primo omnium inuenitur
 delegata ducibus Austria mosellania postmodum facta fuit
 hereditaria

Aduocatia itaq' hac non est simplex aliqua aduocatia pro conser-
 uandis redditibus sicuti nonnulli per divisionem inferre
 volunt ex verbis | Ad celebrandum placitum nra | Sed regalis et
 Imperialis ad tuendum iura eccl'ae auctoritate regia et imperiali.

Et si tam exigua qualitatis fuisset aduocatia sicuti per vilipendiam
 Treuerenses ex praedictis verbis inferunt non opus erat quod
 Comes Conradus cum tanta nobilitate compareret in merito, vti
 sub finem praedictarum litterarum describitur hac forma

Huius rei testes sunt Godefridus comes de Hesch, Tybalde de Bettingen, Viricus de Vispach, Wezelo de Zoben, Humbertus de Ansenburgh, Renerus de Merce dicto Engonbrandus de Rochingen, Gezelmus de decima et quam plures alij. Acta sunt haec anno ab incarnatione 1135 Regnante Lothario Romano rege, Treueris, sedente Alberone Archiepo.

Ex quo notum est praedictos testes fuisse de antiquissimis Luxemburgensis patriae nobilibus.

Non agere ferrent igitur Treuerens si cavillantes probam claram audiant illud sibi dici. Impedit ita animus ne possint cernere verum.

Et enim non ignorant non potuisse Comitem Conradum minime facere dum noviter de feudis suis ab imperatore erat in possessionem quam accipere possessionem cum eo quo deceit honore et affluenti quatenus facto declararet quanti honorem sibi delatum ceret: et merito voluisse scire, qualia et quae iura ab advocatia dependere, ne vel mori vel alicui alteri iniuriis iniuriam faceret: erat enim virtuti et pietati admodum deditus prout ab historicis traditur.

Ad confirmationem praecedentium et probandum quod advocatiam quam Conradus comes ab Imperatore Lothario in feudum ceperat, sit eadem qua per reges Francia a Romanis iure belli fuerat acquisita, et per divisionem regni Lotharingi de novo ad Imperium reversa, et primo omnium a regibus Ducibus Austria Mosellanica delegata et concedita, facta et opportuna allegatur quod didi Comitis Conradi in comitatu Luxemburgensi successit Henricus videlicet Comes Namutensis simul Luxemburgensis, eandem advocatiam similiter in feudum suscepit a successore praedicti Imperatoris Lotharii videlicet Imperatore Conrado.

Quod probatur per ipsas litteras Imperatoris quibus Treuerenses se iure volunt et exhibent in data pridie Nonas Junii 1166. in verbis

Postea vero successu temporis advocatiam quaerunt et ob a nobis Henricus comes Namutensis.

Mortuo nimirum dicto Comite Conrado cui in Luxemburgensi comitatu successit et quemadmodum Conradus comes eandem aduocatum post mortem patris sui genitoris Comitis Wilhelmi ab Imperatore Lothario eiusq manu regia in feudum accepit Ita hic comes Henricus eandem ab Imperatore Conrado in feudum obtinuit presidente in ecclia Treuerensi eodem Adelberone Archiepo et sic duo diversi comites Luxemburgenses a duobus diuersis Imperatoribus eandem aduocatum in feudum recognouerunt presidente Adelberone in ecclia Treuerensi antequam tragediam inciperet per Impetrationem eiusdem Abbatis.

Ex quo inferitur necessario (sub protestatione tamen contenta eandem litterarum non approbandi) quod aduocatum quam Henricus comes Namurcensis habebat quando Archiepus Adelbero protensum donationem Abbatis s. Maximini obtinuit non erat simplex aut exigua qualitatis cuius erat Comes Henricus in monio et tota Abbacia, hoc est in terris et dominijs inde dependentibus regem et Imperatorem Romanum representabat, et qua a manu regia in feudum recipi a tali comite morabatur.

Id quod religiosus huius loci tunc temporis non latuit ac ob id dum Archiepus Adelbero Abbacia^{vi} inuadere et occupare conabatur memoratum comitem Henricum aduocatum et protectorem suum inuocarunt, ut vim vi repelleret.

Quamuis vero Comes Henricus ad tempus cedere coactus fuit ob fauorem quo Adelbero praeualebat, Deus tamen postmodum sua misericordia et pietate Rudolphi Imperatoris monium in suis iuribus priuilegijs, libertatibus et immunitatibus redintegrauit et restituit.

Et quemadmodum Imperator Otto iniustam quaedam Archiepi Roberti cepisse fecit sua iudicia decisione, Ita Imperator Rodolphus iniquam et violentam occupationem huius Abbaciae cum omnibus iniurijs per Archiepum Adelberonem illatis, cassa irrita et inania reddidit sua imperiali restitutione, et

extortas confirmationes iniusta donationis ab Imperatoribus
qui Conrado successerunt usq ad tempora Rodolphi Imp
ad nihilum redegit.

Idcirco uti ad omnia instrumenta per Treuerenses exhibita
quod in data procedunt litteras Imperatoris Ottonis de a
953 unica data est solutio, nempe quod sufficientia non
fuerint inuenta ad probandam subiectionem et proprietatem
quam Archiepiscopus Rumbertus pretendebat.

Ita ad omnia documenta quae Treuerenses exhibent data
a tempore Imperatoris Conradi usq ad tempora Imperatoris
Rodolphi unica datur solutio, nimirum eadem vim et effectum
perdidisse per restitutionem antiquorum privilegiorum
Beneficiis prefati Imperatoris Rodolphi.

Rodolphus igitur Imperator, secundus est Imperatorum
qui re ipsa agnovit iniuriam monasterio factam; et ha
reditariam protectionem Comitibus Luxemburgensibus
debitam restauravit et renouavit nominando pro protebo
eiusdem Abbatis Henricum Comitem Luxemburgensem An
1276 In dicto privilegio 41.

Idem fecit Imperator Carolus quartus Anno 1354 in perso
sui fratris Wenceslai et illius qui pro tempore Luxembu
gensis comes esset, quotiescunq ad ipsos recursum haberent
et confugerent Abbas et religiosi huius conventus
privilegio 43

Sine dubio huic allegationi obijcient Treuerenses eundem
Imperatorem Carolum q qualitate Comitis Luxemburgens
recepisse et accepisse in feudum prefatam Aduscaliam
Balduino Treuerorum Archiepiscopo qui huic Carolo patru
magnus erat iuxta prefatas litteras eiusdem de data 3
Decembris 1346 quas Treuerenses per copiam ostenderunt

Argumentum hoc prout in accessu videtur admodum apparen
ita in recessu prorsus est viribus deficiens

Primo siquidem respondetur quod dicto anno 1346 idem Carolus
 noviter electus erat in Regem Romanorum cooperante et
 procurante eodem Balduino cui ob id existens in civitate Tre-
 verensi negare non poterat confirmationem ab ipso petitam
 pratenorum privilegiorum ecclie Treverensis, ita quod protensa
 confirmatio facta fuerit absq[ue] vlla causa cognitione sicuti moris
 est post electionem regum Romanorum: Ob id quod in huiusmodi
 confirmationibus inseritur, aut si inserta non sit promissa
 habetur vulgaris clausula Salvo iure nro et cuiuslibet

De tempore et anno electionis Caroli quinti
 Nauclerus generose 45.
 Wassemb. fol 912 et alij

Verum posteaquam idem Imperator causa cognitionem habuit
 et de iuribus ac privilegijs monasterij informatus fuit eadem
 confirmavit, et non solum pro tempore existenti Comiti Luxemburgensi
 fratri suo Wenceslao advocatiam eiusdem commisit sed omnibus
 qui pro tempore futuri erant comites Luxemburgenses idq[ue] anno
 1354, Et ita octo annis post Treverensium Litteras de veritate
 et solertia obtentas.

Secundo quod anno 1346 neq[ue] unquam ante aut post Carolus quartus
 ve ipsa Luxemburgensis comes fuit. Non ante annum 1346, quia
 eodem ipso anno Joannes Bohemia rex Caroli pater adhuc in
 vivis fuit, et sic vno patre nihil in comitatu Luxemburgensi iuris
 habuit

Oecubuit siquidem Joannes rex in conflictu inter Gallos et Anglos
 habito eodem anno circiter mensem Augustum in locis Grecij nuncu-
 pato.
 Nauclerus dicta generatione 46 et alij
 passim historici.

Neq[ue] etiam dictus Carolus Luxemburgensis Comes fuit post annum

1346 quia Joanne rege mortuo per eundem ultimam dispositio-
nem testamentam et eloquium Comitatus Luxemburgensis Ve-
ceslao eundem regis ex secundo matrimonio filio pro portione
parte filiali assignatus et ab eodem Venceslao postmodum p-
sesus fuit. Carolo alijs regnis pro sua parte per idem testam-
tum tanquam filio ex primo matrimonio designatis et relicti.

Probatum evidentissime et originale
Joannis regis testamentum quod exhibet
in originali quando serenissimi Archiduc-
us fieri iubebit.

Est itaq non solum pramemoratus adus recognitionis quem
quartus qualitate Comitatus Luxemburgensis quam nunquam ha-
desendo Aducatia Abbatis S. Maximini fecit ipso iure nulli
et non obligatorius quoad eos quod se fuerunt, sunt, et post erunt
Comites et Duces Luxemburgenses: Verum omnes alij adus q-
in predicta qualitate ipsi non competere, exereuit.

Quod bene notare poterunt tam Treuerenses quam omnes boni
qui ad componendas aut decidendas controuersias a Treuerensibus
contra Duces Luxemburgenses motas nimirum contendendi libertate

quia omnia argumenta quae ex adis et per adus Caroli quart-
adferent et inferent hac una solutione tanquam una fideliter
delebuntur. et ipso iure deleri debent.

Hac igitur obiectione remota et cessante, et procedendo in
dinumeratione constitutionum quibus subsequentes Imperato-
eandem Aducatiam Ducibus Luxemburgensibus commiserunt

Imperator Fredericus praeterea ius eiusdem protectionis et aduoc-
continuaui in persona Ducis Luxemburgensis praesentis et futuri
Anno 1442

Contra quam commissionem et delegationem Imperator
denuo obijciens Treuerenses declarationem quam ab eodem Im-
peratore emendicauerunt Anno 1470 Abbate S. Maximini
Duce Luxemburgense inauditis

Qui ob id dicere obligantur contrarium eorum quae Treuerenses Imperatori Frederico contra Veritatem exposuerunt nempe quod Duces Luxemburgenses ab Archiepiscopo Treueribus, eandem advocatiam in foedum accipere consueverint

Veritas siquidem est et positus in facto.

Quod nemo ex comitibus aut ducibus Luxemburgensibus, qui re ipsa Dominus hoc est comes aut dux fuerunt eandem advocatiam in foedum ab alio quam Imperatore Romano recepit.

Et quod in duabus litteris (secundum id quod Treuerenses narrauerunt) dicitur quod Ladislaus rex eandem advocatiam ab Archiepiscopo Treuerensi in foedum suscepit admodum fragilis est probatio

Primo, quia id quod Imperator Fredericus dicit est ex positioe Archiepiscopi Joannis.

Secundo, quia Ladislaus nunquam re ipsa Dux fuit, Nam nihil iuris in ducatu habere poterat donec Elisabetha de Goolith cui ducatus oppignoratus erat pro certa pecunia summa eandem cum suis coheredibus restituisset.

Tertio quod ~~dux~~ Ladislaus quia non fecit omnes actus quos exercuit tanquam Dux Luxemburgensis, tanquam a non domino facti haberi debent; eo inter alia etiam attento, quod solus id facere non poterat sine consensu coheredum; quodq; minorennis mortuus est.

Quarto quod vero rex Ladislaus pecuniam non restituit quodq; eadem restituta non fuerit ab ipso aut ipsius coheredibus, Evidentissime constat ex historijs et ipsis Treuerensium gestis qui de bello hac de causa orto satis clare loquuntur quod vivo Ladislao sopitum non fuit.

Quinto quia bellum praedictum postmodum et post Ladislai mortem per transactionem quam ipsius coheredes cum Philippo Duce Burgundiae inierunt eidem ius suum vendendo assopitum fuit

Sexto quidquid ergo et rex Ladislaus eiusq; coheredes ante pecunia restitutionem fecerant diversis vitijs laborant.

Primo Nullitatis, quia nullum actum validum de iure exerce
potuerunt

Secundo Cautela et solertia non admissibilibus ut pendente bello
Archiepiscopus in suas partes traherent contra Elisabetham
eiusque matrem ducem Burgundiae.

Hac vitia sunt ex parte eorumque
se duces Luxemburgenses asserere

Tertio Archiepiscopi etiam pendente bello a non dominis, huiusmodi
actus emendicare non debebant. De quibus hoc tempore
nihil aliud dicetur. Sed quando agitur de alijs et similibus
actibus quas in praeiudicium Ducum Luxemburgensium
bello hoc durante ex praticarunt, nuditas ipsorum detegit

Sufficiet ob id nunc unio verbo repetisse quod quemadmodum Imperator
Carolus 4^{us} nunquam effectualiter Comes Luxemburgensis fuit, quod
nec rex Ladislaus unquam re ipsa Dux Luxemburgensis fuit, et ob id
recognitionis et actus ab ipsis celebratos duces Luxemburgenses
qui nihil in eis ex ipsorum capite praetendunt non obligare

Et continuando seriem Imperatorum qui aduocatiam hanc duces
Luxemburgensibus contulerunt, adicitur conclusiue quod post Im-
peratorem Fredericum filium eius Maximilianus idem fecit
anno 1512. Et quotquot subsequuti sunt Imperatores usque ad
Matthiam Imperatorem hoc tempore regnantem.

Quod si Treuerenses obijciant habere se similiter confirmatione
suorum regalium ab omnibus Imperatoribus inter quos in scriptis
aduocatia et proprietas S^{cti} Maximini.

Respondetur Imperatores quemadmodum antedictum est de
in regem Romanorum eliguntur confirmare principum Imp-
privilegia cum clausula. Saluo iure nro et cuiuslibet S^{cti}

Ideo necessarium est videre quantum inter partes contenden-
tis suum magis probet non attendendo ad ea quae una au-
altera inscia (ab una aut altera) ab imperatoribus obtentum

Ex praedictis porro apparet Archiep³ Treu³ nullum unquam
ius in proprietate huius Abbacia habuisse aut habere potuisse
quod ipsorum praetensis abiudicata fuit ab Imperatore Ottone primo
in iudicio contradictorio.

quod Archiepus dum proprietate et subiectione huius loci contendebat,
Advocacia nullam mentionem facit

quod insequentibus temporibus nihil iuris in eodem habuerunt pro-
terquam quod Archiepus Adelbero favore et potentia ab Imperatore
Conrado nulliter et contra omne ius et rationem extorsit.

quod postmodum Imperator Rudolphus monasterio antiquum
splendorem, ius, honorem, et privilegia restituit qua libere possedit
et in nullo diminuta sunt; nisi in quantum astu et cautelis ab
anno 1540 Archiepi ex cuniculis agendo eadem invaserunt
partim clam, partim vi, partim

Non attentis ijs qua Archiepi in litteris de regalibus ipsorum lo-
quentibus inseri procuraverunt.

Et enim Imperatores semper Abbatem pro praesalato Imperij agno-
verunt; Ad Dietas Imperij evocarunt; Et si forte ad singulas con-
gregationes et singula comitia non comparuerunt, Treuerensis
praetensis ex eo non iniuriatur, sed monij immunitates, exemptiones,
et privilegia confirmantur et consolidantur, quando quidem com-
parere non tenentur nisi quoties illis opportunum est, Exceptis
tribus casibus scilicet quando vel Moguntia vel Colonia vel
Metis Comitia celebrantur.

Privilegio 25.

Notabile et bene signandum privilegium attamen non gratis
sed maximo pretio datum uti suo loco dicetur quando haec de re
dicendi aut scribendi tempus et locus dabitur!

Ad haec Imperij ordines et status eisdem ad conventiones parti-
culares conscripserunt quos circulatorum dies aut indictios nuncupant.

Pro probatione exhibebuntur
Imperatorum et circulatorum litterae.

Estq; de promissis omnibus et singulis publica vox et fama et
quotidianaq; loquutio qua Imperialis Abbatia vocatur.

De quo melior nunquam poterit allegari aut in medium produc
probatio quam supplicationes libelli et alia scripta qua Archiep
Joannes ab Isenburg exhibuit et produxit in comitijs anni 1551
et similibus ^{ter} et quando de Imperatore Carolo quarto tanquam
Duce Luxemburgensi conquerebatur apud Romanorum regem
et ordines Imperij

Ob id quod procurator fiscalis Ducatus Luxemburgensis arrestit
curauerat redditus Abbatia S^{ti} Maximini qua idem Archie
pus titulo Abbatia commendatarij fruebatur, et nihilominus
honorem et officia ab Abbate Duce Luxemburgensi debita
prestare recusauerat.

Cuius arrestiti iniustitiam per subsequentes rationes et positio
accusabat. qua ipsismet verbis qui usus est miserentur

RATIO ET POSITIO PRIMA
Archiepi Joannis ab Isenburg allegata et
facta Anno 1551 in Comitijs Imperij

Dass gemelt Botschafft dem Römischen Königen und Kayser
fundirt und trawert

Ex qua positione inferitur primo

Peccare Treuerenses in eo quod contra propriam scientiam a
gant hoc tempore, et persistunt in errore quo Archiepiscopus
Adelbero Imperatorem Carolum seduxit et illi imposuit
cendo

quod sanctus Adulphus fundavit Abbatiam san
cti Maximini ex bonis Archiepiscopatus.

Qui ob id est modernorum Treuerensium affectatus
Error primus.

SECUNDA POSITIO

Archiepi ab Isenburg.

Zu dem das ein Juder nit getruendet abt sinem fundtlichen

brüchlich und umbt dem dem heyligen König hat und tragt
Kerulich daß er ewig heiligtliche tagen gehalten worden
der Königin Königin oder Kaiserin Caplan ist und
daruon dem münchlichen als ein prolat daß heiligen König
daruon gehalten

Ex qua secunda positione Archiepi ab Isenburgh
infertur secundo

Peccare modernos Treuerenses quod contra predecessorum suorum
positionem factam coram Romanorum rege et ordini by Imperij
sustinent

quod Abbas Maximini non sit Abbas et
Prælatus Romani Imperij.

Neg Imperio sed Archiepo subiectus quem ipsiq
supremam dicunt esse dominum vulgo Land-
fürst.

Qui ob id est modernorum Treuerensium affectatus
Error secundus.

TERCIA POSITIO
Archiepi Ab Isenburgh.

ausgesprochen allen sticht soll Jun dem auß dit stlicht abtzig
(doch gibt nicht die daß heiligen König) zugehen.

Ex qua tertia positione infertur tertio
Archiepū ab Isenburgh non egisse aperte marte, nec
ausum fuisse dicere regi Romanorum et ordinibus Imperij
rotunde et aperte casus in quibus ius in Abbacia pretendebat
sine prauidicio imperij.

Veritas ne eisdem casus exprimendo contradictores inueniret,
qui non paterentur Imperij iura opprimi, ideoq praetensos
casus subiecit non sine nota cauillationis. Si enim tam zelo
suis erat pro conseruandis iuribus imperij prout pra se ferebat
quae etiam quam contra Ducem Luxemburgensem instituerat.

exaggerando quare aperte non est loquutus?

Peccavit itaq. Archiepus ab Iserburg subdicendo, Peccant
Treuervenses moderni sine fundamento pretendendo

Abbatiam S. Maximini Archiepis non
qui busdam casibus subditam sed in omnibus
tuncquam supremis in spiritualibus et tempo-
libus.

Qui ob id est modernorum Treuervensium
Error Tertius.

POSITIO QUARTA.
Archiepi ab Iserburg.

Das auß die regirung der Praelaten Dopolst zu Judentz ist
die papstliche Trügheit zu Bisthüben und Jun weltlich
sagen All die dieyferliche Maß? Und das Bisthübe
für Obriegerit ratione subiectionis, daß es ist Insuper an
künst unterst gabt.

Ex qua quarta positioae inferitur quarta
Peccare Treuervenses subdicendo errorem Tertium eum
dilatando ad omnimodam invidiam spiritualium et
povalem contra hanc positionem quartam Archiepiscopi
Iserburg

qui ob id est modernorum Treuervensium
Error Quartus.

Positio siquidem illa quarta manifestissimam probationem con-
tinet quod usq. ad aduentum eiusdem ab Iserburg ad commendam
S. Maximini Abbacia alium in spiritualibus quam summum
Pontificem nec alium in temporalibus quam Imperatorem
ac sacrum Romanum imperium ratione subiectionis superior
non habuit

Pariter et probationem clarissimam quod usq. ad eiusdem ad eam
dem commendam promotionem Archiepus supremus huius
Abbacia dominus non fuit et quemadmodum pretendit Archiep
modernus Landfürst.

Unde ergo et quo titulo hanc sibi qualitatem arrogat non solum in prauidium auctoritatis, Imperatoriae mai. competentis, sed totius Imperij.

Imperij siquidem insigne membrum est monasterium istud et semper fuit nec a quoquam Imperatorum sine scitu eiusdem alienari potuit, aut alicui donari.

Et si donatum fuit donatio tamen irrita postmodum facta fuit in temp. usq. quo ab Isenburgh factus fuit Abbas commendatarius. quod accidit Anno 1541. 21. Novembris prout inferius latiq. dicitur.

POSITIO QUINTA Archiepi Ab Isenburgh.

Unde dicit Herzog von Tutzembourgh nach ausserth. magh der privilegij gedurgh. Botzhaus. sine iurisdictione dunt. allm. Advocati et protectores sein ad requisitionem dnd. Hoff. sussey. sint. regit. and. d. b. t. b.

Ex qua quinta positione inferitur quinto

Archiepum ab Isenburgh prout in tertia positione clare loquitur non est, nec in ista quinta canide processisse, sciebat enim ex monij aperi. simis privilegijs, non posse se negare Duci Luxemburgensi dicti monij advocatiam. Tandem tamen confiteri veredatur, ne p. p. tio se singulareret gladio, nec etiam difileria omnino audebat. Interpretationem itaq. adinuenit quasi aduocatus nihil iuris haberet nisi ab Abbate requireretur.

Bella sane et tanto viro digna adinuentio quasinescivisset Advocationem quidquid iuris habet a manu regia habere, et quidquid auctoritatis non ex persona sua propria sed regia ad tuendam et protegendam Abbatiam.

Præstitisset clare loqui, de audare pedes, et exprimere qua an-
gerebat, sicuti circiter idem tempus fecit in camera Imperiali
quando citatus a fisco Imperiali tanquam commendatarius vbi
quotam suam in subsidijs Imperialibus solueret, comparavit ne
qualitate Abbatis, nec defendit causam eadem qualitate, sed in-
venit pro interesse suo tanquam Archiepiscopus, nec dixit prout
dixit coram Romanorum rege et ordinibus imperij

Quod monasterium est fundatum a regibus
et Imperatoribus

Verum sicuti Treverenses modo
faciunt

quod Stus Hidulphus fundavit Abbatiam
Dex bonis Archiepiscopus

Et ut repetitio odiosa repetatur ~~ut~~ ponendo omnia facta in
contrarium quam in comitijs imperij scripto exhibuerat.

Evidentissima profecto probatio intentionem Archiepiscopi ab Isen-
fuisse prout antecessorum et successorum suorum semper fuit,
medijs possibilibus preparare viam ad incorporationem huius ab-
batie quando vel minima occasio sese obtulit, sique occasionem non
omnino arridere indicarent continere se, et simulare eiusdem
Abbatia conservationem desiderare

Hinc dum ad inaugurationem defuncti Serenissimi regis
temporis principis Hispaniarum in Ducem Luxemburgense
Luxemburgum cum alijs Ducibus ordinibus, conscriberetur, con-
parere noluit, sperans et ratus si ab eadem comparitione se ex-
sare possent viam iam facilissem paratam ad eandem incor-
porationem, tanquam si abbatia simpliciter a Diocesi Trever-
dependeret, nec alius in eadem quidquam in vis haberet.

Et in eundem finem curavit inseri in bullis sua commendæ quod
monasterium Archiepiscopo Treverensi Metropolitico in vobis

Videns vero procuratorem fiscalem Ducatus Luxemburgensis
actionem ipsam impetere, quatenus sicuti alij ordines ducatus honore
et immunitatem debitam non duci prestatet.

Negavit Abbatem S. Maximini ad huiusmodi recognitionem
veniri, ut qui prelatatus esset Imperij et non dicti Ducatus.

Dum vero subidem tempus procurator fiscalis Imperij ab ipso solutio
subsidiarum imperij peteret, non comparare ausus fuit ^{comparare} qualitate
qua citatus erat, nec monasterij iura privilegia et immunitatem
iuxta obligationem et iuramentum defendit, sed comparavit in qua-
litate qua citatus non erat nimirum Archiepi sustinens quod Ab-
bas prelatatus erat Diocesis Treverensis et non sacri Romani Imperij
nec ad onera eiusdem obligatus.

Quanam quaso Variatio et contrarietas calidum et frigidum
non pro veri veritate sed pretense sua commoditate ex uno ore
evomere: quid quaso in Imperij huius latuit?

Nec est quod quisquam laboret in excusanda hac contrarietate, ex
eo quod memoria hominis sit labilis: quia scripta quae in comitijs
Imperij exhibuit accusando Ducem Luxemburgensem tanquam
invasorem iurium imperij et Abbatia Imperialis exhibita fuerunt
12 Ianuarij et 14 februarij respectu Anno 1551. Responsio vero
eiusdem ad fiscales camera imperialis libellum et petitionem una
cum articulis elisiuis quibus contrarium posuit exhibita undecima
Ianuarij 1550.

Judica nunc vir bone, deum et eius iustitiam ante oculos habens
quantum fidei adhiberi et tribuere debeas Treverensium Alle-
gationibus et preteritis actibus possessorijs quorum virtute ius
in hac Abbatia pretendunt, Et iuxta illud Martini
civime ab uno

Disce omnes

DISPUTATIO TERTIA

sive ut correctius loquamur preparatio industriosa
et cautela ad tertiam disputationem mouenda
quando Archiepi tempus commodum fore
arbitrarentur.

Præter duas disputationes quæ anterioribus temporibus motæ fu-
erunt de proprietate et subiectione huius Abbatiæ. prima nimis
per Archiepiscopum Rulbertum via iuris et quæ causa cecidit.
Secunda per Archiepiscopum Adelberonem primo via gratiæ et fa-
uis quibus apud Imperatorem Conradum valebat, postea via
belli quæ lignorum exitum attulit. Tertia fuit, et a longo
tempore preparari cepta in qua adhuc hæret monium quæ
nox minor eiusdem ruina fuit et est. Historia talis est.

Anno 1540 Archiepiscopus Ioannes Ludouicus ab Hagen sciens in
monasterio pessimos ac maxima scientia religiosos certa
quædam labe et specie contagionis obijisse, et quod ex quadrag.
maxime spei septem solummodo supererant, cum Abbate
a cellis eisdem mellis huius verbis aggreditor, suadendo ut ant
nominatum Ioannem ab Ssenbury pro tempore metropolita-
næ Tuererensis canonicum et Archidiaconum in Coadiutor
assumerent.

~~Inter quæ conditiones comprehendendum et stipulatum fuit,~~

Et quamuis res plena periculi Abbati et religiosis supersti-
bus videretur, arteficiose nihilominus negotium deduxit
voti compos factus fuit certis cum conditionibus sancto iura
quæ obseruata non fuerunt ne quid durius ducatur.

Inter quæ conditiones comprehendendum et stipulatum fuit,
quod Ioannes ab Ssenbury habitum monasticum suscipi
In Abbatem se benedicti curaret, nec Coadiutoriam sine
consensu capituli sui monij alteri ~~non~~ resignaret.

Moriante Ioanne Ludouico Archiepiscopo Anno 1547 Ioanne
ab Ssenbury eidem in Archiepiscopatu sit successori promissi

antedictas non curans et alias quas pro conservandis iuribus monasterii
promiserat. Cadiutoriam ^{in commenda} in ^{conuente} curavit in scijs pradiis
religiosis.

Et huiusmodi lapis iactus fuit ad superedificandam incorporationem
quam 804 annis Archiepi de hoc monio conceperunt

Secundus lapis positus fuit aut saltem eundem ponere conatus fuit
Anno 1549 committendo Joanni Vander Zeyen etiam Canonico
et Archidiacono prefata Metropolitana Treuerensis potestatem
incedendi vasallos eadem ~~est~~ S. Maximini et recipiendi ipsorum
iuramenta fidelitatis

Et videns religiosus Tali commissioni sese opponere, ne cond
tionibus supradictis contravenire velle videretur, curavit illis
bellis verbis germanicis dici

Gellij sub / daß darauß einig Succession odtr Cadiutorej in folgen
odtr in dinstag soll, mitl in dinstag in dinstag odtr in dinstag

Cuius tamen contrarium euentus docuit et quod ex tunc quaedam inter
hos intentio et machinatio erat de noua Cadiutoria procuranda,
nam dum se debilitari animaduertit praeseminato Joanni van
der Zeyen commendam resignauit

Probatio lucidissima quod Archiepi Joannis Ludouici recommenda
tio de persona Joannis ab Isenburg in Cadiutorem assumenda
tantum facta fuerit, et aliquis Canoniorum dicta Metropoli
tana sub veste ouina monasterium hoc ingredi posset, quous
ad hoc quesito colore et specie boni quod monasterio procurare
se velle dissimulabat. (alias eiusdem iuriam et ad mensam
Archiepalem incorporationem)

Quam tanto facilius procurare se posse sperauerunt boni isti Ar
chiepus et Canonici quia per viam resignatis eiusdem Abbatis regimen
per se aliquem ipsorum manere posse speculati erant, donec ad desidera
tam incorporationem peruenissent.

Resignatione hac inualida (et contra iuratas promissiones -
facta) non obstantē, religiosi S. Maximini defuncto Abbate
commendatario Ab. Isenburgh, ad noui Abbatis electionem in
antiquissima sua privilegia processerunt et fratrem Petrum
a Luxembourg in Abbatem eligerunt

Sed Joannes Vander Leyen in locum Joannis ab Isenburgh
electus Treuerorum Archiepus tantum apud sedem Aplicam
fauore regis Francia, et Cardinalium dicta nationis (cui Archie-
piscopi Treuerenses secundum veterum traditiones perpetuo a-
iuditi fuerunt) praualluit ut reiecta pauperum Monachorum el-
tione, resignationem commendae in eius gratiam factam approba-
rit.

Cui tamen approbationi confidere noluit ob continuas sollicitationes
quas regia Ma^{tas} Catholica qualitate Ducis Luxemburgensis
et protectoris S. Maximini apud eandem sedem faciebat,
pro confirmatione dictae electionis.

Ideoq³ prestare credidit coloratam quandam transactione
inire quam sub spe incepta litigare, quemadmodum fecit
proatensum suum ius mediantibus sedecim millibus florenor-
auri in auro monetae electorum tractus Rhenani, 28 Aug^o
anno 1557 in fauorem electi Abbatis cessit.

Omnes isti articuli continentas ea qua acta fuerunt
ab anno 1540 per Archiep^{um} Joannem Ludonicum
Hagen eiusq^{ue} successorem Joannem ab Isenburgh e
deniq³ per ^{vander Leyen} Joannem ab ~~Hagen~~ probantur in lib^{ro}
magno monij ubi hac omnia regis tracta sunt fol.
et sequunt. et per instrumenta qua in termino proba-
exhibebuntur

Interpellatus siquidem fuerat per consilium ducatus Luxemb^{urgensis}
= gens

16^a eiusdem mensis Augusti et anni 1557 ut ab usurpatione
eiusdem commendae desisteret.

Et sciens aliunde quod sua *Matas* Catholica litteras sua Salvaguardia
et protectionis auctoritate imperatoria renovavit nona Mensis
Julij precedentis.

Fecit namque quantum potuit in sollicitanda confirmatione eiusdem
transactionis apud suam Sanctitatem, subticendo veritatem
eorum quae acta fuerant neq[ue] exprimendo quod mediante praesentata
pecunia summa a praesentatione sua ^{desisterat} desisterat. Neque
conventionem inter ipsum et electam Abbatem in istam nomi-
nando transactionem, sed cessionem iuris in commendam monachij
sibi acquisiti.

Hoc probavit procuratoria Archiepi Vander Zeyen
missa in curiam Romanam ad renunciandum
liti et quam male rei gesta seriem exposuerit
et sibi ipsi contradixerit.

Hisce coloribus non obstantibus Deus iudicium oculos aperuit et
Cardinalis Bolanus qui huius causa erat referendarius oia
et prout sicut et iustum iudicem decebat ~~omnia~~ in sua relatione
declaravit.

Quia eo tempore quo Archiepus Vander Zeyen sollicitabat
confirmationem praesentatae resignationis quam Archiepiscopus
ab Irenburgh de commendam huius monachij fecerat, allegabat
Ecclesiam suam Treuerensem vix sine monasterio Sancti
Maximini stare posse.

Argumentum probatio et signum Ultra praecedentia quod
dus isti socij in intentione procurandi huius monachij incorpora-
tionem, resignationem antememoratam ex praesentata auerant
ad eandem incorporationem facilitandam vel in finem ut
Archiepi saltem manerent Abbates commendatarij.

Dum vero conventionis aut transactionis confirmationem sollicitabat, Wem vander Leyen allegavit.

Non sentire se ad administrationem monasterii idoneum

Ex quo novum malum ortum fuit, nam novus adversarius electi Abbatis Petro datus fuit, Joannes Vldaricus a Dotten aucti qui Abbatiam a sede Apostolica obtinuit, nec ante a sua protectione (etiamsi nulla) destitit donec Abbas etiam cum ipso composuerit

Per quas transactiones facultates monasterii exhausta fuerant, et molestationes quibus Abbas pendentiq; istis litibus afflicti fuit ab Archiep. Vander Leyen

quia non contentus exorsisse tam magnam pecunia summam quotidie novas difficultates movit.

Anno 1563 Officiai Archiepi ni Pfaltzel et Sarburgh Abbatia iurisdictiones violarunt, et cum tanta animositate contra Abbatem processerunt, quod et consilium Luxemburgense, et ipsamet Ducissa Parmensis pro tempore gubernatrix principiarum belgarum, attemptatorum reparationem reverere coacta fuerit

Eodem Anno vina monasterii in Pfaltzel arredata fuit per Officiaos Treuerenses; qui Sclapetarijs monerium etiam cinxerunt, Abbatem et priorem se captivos iactantes prout de facto unum ex familia Abbatis petrum Zisenu nomine apprehenderunt, captivum detinuerunt, et simul primum officiatum cui nomen Scipio arrestarunt.

Anno 1564 ad ulteriora progreditur Archiepus vander Leyen, et a monasterio exigit contributiones Londstrin numpatas: Ex quo et ex precedentibus actibus contentio crevit et magna tragedia excitata fuerunt.

Eodem anno idem Archiepus conscribit Abbatem ad conuen-
tionem ordinum sua Diocesis Confluentia indictam, qui cum com-
parere recusat, amaritudines accrescunt.

Et quoniam in prima conuentione nihil actum erat.

Conuocatur idem Abbas ad conuentionem secundo conuocatam.

Ad quam Abbas suos mittit cum expressa protestatione de non
proiudicando, in rebus sua Abbacia.

Anno 1366 Archiepus non contentus Abbatem molestasse sicuti
supra relatum est, conuocat eundem de nouo ad conuentionem
in ciuitate Treuerensi conscriptam.

Ad quam denuo Abbas suos delegat cum amplissima Instructioe
declarandi ipsum Archiepatui in nulla re obligari sed tan-
tum Cæsarea Ma^{ti} et Imperio, sicut declararunt et defensione
expressa non consentiendo in aliquas contributiones (quemad-
modum etiam non consenserunt.

Et quatenus nihil obmitteret Archiepus in quo Abbati molestus
esse poterat, petit sub idem tempus, in Abbacia hospitis excipi
simulans ciuitatem Treuerensem certis de causis ingredi no-
velle.

Quod dum ipsi recusatur, plurimum commouetur, et ira percutit
in directiuas litteras Abbati scribit, quibus inter alia in protec-
tionem Ducum Luxemburgensium inuehitur.

Idq; ea de causa quod Abbas videns quotidianas has molestati-
ones et vexationes insignia sua ma^{ti} catholica in signum
saluegardia regia et imperialis, portis mon^{ri} et in alijs locis
affigi mandauerat. Et a Gubernatore Ducatus Luxembur-
gensis pro tuitione sua certum numerum militum obtinuerat,
quibus praeerat quidam nobilis Landtscheid diditq; qui cum
eadem in monasterijs ad auertendam et Impediendam a Treuer-
ensib; comminatum inuasionem, ad tempus degebant.

De quo irritatus Archiepus, eo magis quod alius nobilis Ducatus
Luxemburgensis D. de Mercij et consiliarius sua ma^{ti} catholica
etiam eo uenerat.

Misit quendam ex suis nobilibus Carolum von Eßelsdorf exploratum cum certa equitum et peditum cohorte quid in monrio ageretur et ut insignia saluegardia deieceret, prodeiecit.

Sed Archiepus veritus poenam quam iure meritus erat, statuos ablegauit, versus Ducissam Parmensem pallians offensam commissam, et rogans promedijs negotium eousq; exactatum componendi.

Hac omnia probabuntur per instrumenta et acta de his actibus conscripta, et per instructionem deputatorum qui ad prefatam Ducissam missi fuerunt.

Qua quidem Ducissa distracta negotijs sui regiminis quae periculoso et difficili statu erant, intelligens excusationes et oblationes, punitionem pro merito distulit.

Prater id quod Anno subsequente 1567 mense februario id Archiepus e viuis discessit, posteaquam quantum poterat in directionem processus pendentis in Camera Simpti inter fiscalem agentem et Archiepiscopum interuenientem, promouerat. De quo tamen eius deputati Ducissa Parmensi nihil dixerunt neq; quidquam dicendi mandatum habuerunt.

Successor in Archiepiscopatu Iacobus ab Eltz spe impunitatis propter punitionem dilatam quam praedecessor meritus eius vestigijs inhasit, et monasterium sibi subiecere omnimodis laborauit.

Abbate etenim Petro vita functo anno 1569, et dum reliqui in actu electionis erant, monasterium vi inuasit quam die mensis May, magno militum numero, tormenta bellica aduehendo, portas euertendo, et veri hostis violenti actu exercendo.

quem ad hunc colore tegere voluit quod duo ex suis quos ad monasterium miserat intrumissi non fuerant in

antiquam traditionem et ordinationem qua provisum est, ne quisquam extraneus intramitteretur ante Abbatis sepulturam et qua eandem eodem tempore sequitur novi Abbatis electionem.

Probatum per instrumentum electionis facta tunc temporis de persona Abbatis Matthiae a Sarburgk.

Haec sunt via iuris quibus Archiepi protensiones suas promouent quando sciunt religiosos a protectore suo auxilium expedare non posse propter eiusdem occupationes et ex his actus possessorios inferre volunt non considerantes quod Praetor ait
UTI NEC VI. NEC CLAM. NEC PDECASTO.

Interim hic Archiepus continet prosecutionem litis de qua dictum est in camera Imperiali.

In quo Abbates nunquam citati fuerunt, nec procuratorem constituerunt multo minus totus conuentus. quatenus vero facilius ad optatum finem perueniret assumpsit eundem Abbatem Matthiam in consiliarium suum.

qui hoc modo domesticus quodammodo factus Archiepi (vir bonus sed nihil in rebus agendis versatus) bene secum agi credidit quod ab Archiepo honorabatur, nec excoeciabatur sicuti eius praedecessor Petrus a Luxemburgo

qui maxima parte temporis quo Abbas fuit, monasterium relinquere, et vel Luxemburgi vel in alij locis refugeere coactus fuit pro asecratione sua persona

Hoc notorium est, et plurimis litteris probabitur tam Archieporum quam Abbatis Petri.

Etq; hic Abbas de quo gloriantur Treuerenses quod sententia in Camera Impi lata, primus omnium latitabundus Archiepum certiotem reddidit de sententia lata.

Non animadvertentes quod eo ipso turpitudinem suam detegat quod ex facto simplicis abbatis quem sine scitu conuentus egit.

quem in domesticum asciverant, qui Treverensis patria erat
et Treverensibus contradicere non audebat plurimum iuris
sibi acquisitam putent

Abbas Petrus hoc non fecisset, qui patria Luxemburgensis ultimum
pati maluit, quam suo facto in minimo iuribus sui monasterii
praediacare

Non glorientur itaque Treverenses in hoc facto sed magis doleant
quod Abbatis Mathiae mortem acceleraverunt, nam vir bonus
se ipsa percipiens quantum suo facto Treverensium animi
elati erant, quodque ex ipsius facto erroneo monachorum privilegia
ad nihilum redigere conabatur, melancholia perijt et evi-
discepit.

Disputandum itaque necesse est, utrum cum fundamento Treven-
ses ex supradictis actibus et alijs similibus immediate hic
promissis plus iuris in Abbatiam acquisiverunt quam tem-
pore Ottonis primi habuerunt, quando in sua profectione non
fundati esse declarati fuerunt, et quae res ad ipsam
pertinerent

Et quam tempore Rodolphi primi quando non obstantibus oib-
qua in vim inanis donationis Conradus usurpauerant, Ab-
batia pristinae libertati, immunitati, et auctoritati restituta
fuit

Quamvis enim occasione diversarum ^{usur} operationum quas ab anno
1570 et forte aliquot praecedentibus vti vulpeculae praepar-
averunt ad inferendam coloratam aliquam possessionem, et
earundem validitate et invaliditate tractandum sit.

Et utrum consilium Ducatus Luxemburgensis scilicet et execu-
tio protectionis Ducibus eiusdem in hac Abbacia co-
petentibus iam a multis annis commissa fuit, propter
minorum Ducum absentiam, iure vel iniuria easdem
usurpationes praesciderit et ipsa finem auctoritate impli-
fuerit quam primum eadem ad eius notitiam pervenerunt

Attamen principalis disputationis articulus in eo denuo
consistit.

Utrum Abbatia S^{ti} Maximini in spiritualibus
sub Romano Pontifici. An vero Archiepo et
Diocoesani Treuerensi.

Utrum in Temporalibus Romano Imperatori
et Romano Imperio, an vero Principi Electo-
ri Treuerensi subsit.

Qua quidem quaestio tertio mota fuit per modernum Archi-
epum et Electorem Treuerensem Anno 1608 quando res-
pondendo ad litteras eiusdem Concilij (quibus de violata iuris-
dictione huius Abbatia competenti in Comitatu Felle conque-
rebatur et reparationem attemptatorum requirebat. Occasio
vero et casus fuit hic.

Mense Augusto 1608 puer aut iuuenis in Mosella fluminis sub-
mergitur. Iudicia hoc ex^{er} prator et alij qui Iudicium ex-
ercent nomine Abbatis in Comitatu Felle, et in loco in quo puer
submersus erat, Cadaver visitant, et parentibus concedunt ut
idem sepeliatur.

Iurisditionem Imperatoris officiatu^s Archiepi in Phaltzel
eiusdemq^{ue} affinis Joannes Jacobus Vander Veltz requirit
pratorem Monasterij S^{ti} Maximini ut actum praedictum reuocet
Anquam praedicti aliam iuri Archiepatus in Mosella fluminis com-
petenti.

Negat prator alijq^{ue} officiatu^s Abbacia, Archiepatu^s aliquod ius
in fluminis Mosella in quantum praeterlabitur Comitatum Felle
competere.

Negant regalia a Treuerensibus in loco ubi puer submersus erat
pretensa.

Sustinent in eodem loco et in ipsa Mosella in quantum per comi-
tatum Felle fluit, regalia; supremam et aliam iudicium Abba-
cia competere.

Indignatur Archiepus ex hac negatione, indignatur eius affinis
et officiatu^s in Phaltzel.

Manu Armata et nocte intempesta praetoris in pago Felle
ades inuadit, Senem virum in Pfaltzel captivum deducit.

Idem attemptat in personam et ades praetoris in pago Pliellon
dem comitatus, sed is aetate inior violentas manus euadit.

Mittit Abbas Priorem suum cum supremo officiato vulgo Obtra
tman supplicatum Archieps vt captivum relaxet

A vi abstineat, Sed si regalia sua violata putat, iure aga

Mittit primo, Secundo, tertio, nihil proficit.

Recurrunt tandem ad Protectores subconsilium Luxemburge
cui conseruatis monij et iurium eiusdem a protectore comm

est.

Consilium gratiose requirit Archiepum sicuti Abbas fecera

Archiepus respondendo 13 septembris ad litteras consilij recus

facere quod petebatur, et inter alia dicit

Archiepum Treuerensem huius monasterij esse super
rem tam in spiritualibus, quam in Temporalibus
vulgo Landtfürst.

De quo iustam admirationis causam consilium habuit, mem
disputationis iam ante anno 1550 et 1551 ab Archiepo Abba
commendataria ab Isenburgh mota qui monia, Perium n
Archiepatui sed Imperio omni modo tribuere voluit, quaten
id ipsum ab obligationibus quibus Duci et Ducatui Luxemburge
obseruatum est subtraheret.

Et quod Dnus Archiepus Lotharius id ipsum monium tam
sedi et imperatoria maiori sacroq imperio subtrahere vole
cuius nomine Dux Luxemburgensis eiusdem fuit protector
reditarius antequam ullam iurisdictionem temporalem
haberent Archiepi, Archimandrita et Archiflamines
Treuerenses.

Cum quo alia admirationis causa concurreret, quod pau
ante datam didarum litterarum, Abbas S. Maximini
recursum ad Serenissimos Archiduces habuerat ob a
non minus demirandam vsurpationem, qua idem Ar

epus nimia presumptione Abbati mandare presumpserat, sub
poena mille florenorum auri in auro ut quid quid comparando
in dieta Impli anno 1608 per suum deputatum egerat (et ad
quam iuxta antiqua monachii privilegia et imperij registra et
matriculona convocatus et conscriptus fuerat) caperet.

Quodq; praeterea Archiepus una cum suis litteris dicta 13bris
ad memoratum consilium scriptis, miserat copiam quarundem
litterarum quas regalia sua vocabat, in quibus non solum inseri
curaverunt Archiepi quod Advocatia huius Abbacia ad ipsos
spectat, sed regalia in fluvio Mosella una cum alijs multis
locis qua de antiquo comitatu et Ducum Luxemburgensium
sunt patrimonio.

Qua omnia simul concurrendo istam occasionem dederunt
Luxemburgensi consilio, cogitandi intentionem Dni Archiepi
esse in omnibus et per omnia Abbaciam hanc sibi subicere.

Ideoq; litteris suis admodum gravioribus, solidis, et claris, ultima
eiusdem mensisbris datis, eundem requisivit ut ab huius-
modi pretensionibus desisteret, neq; s^{ae} sedi neq; Romano Imperio
neq; monasterio neq; Duci Luxemburgensi quod ipsis respective
debeatur denegaret aut in disputationem traheret.

Item ut Praetorem Comitatus Bell relaxaret non solum insis-
tendo prima requisitioni quam fecerat litteris precedentibus,
ad quas D. Archiepus 13bris responderat, sed ulterius responde-
ndo ad ea quae pro sua excusatione et pretensio suo iure scripserat.

Inter quae erat quod ius contributionum tam in ipsum monasterium
et eius Abbaciam hoc est terras et dominia ab eadem dependentia sibi
arrogabat. A quibus proinde ut in posterum abstineret requisitus
fuit, tanquam vera usurpatione iuris sacro Romano Imperio com-
petentis, idq; nomine et ob interesse Imperatoris et Imperij.

Cui requisitioni non acquiescere recusavit prout precedenti, per

Litteras quas 22 Octobris ad consilium dedit, quod ob id Fortis
Archiepiscopus interpellavit, ut a novitatibus et usurpationibus
desisteret.

Verum nec tres scripto facta interpellationes et requisitiones, nec
quarta quae verbaliter facta fuit in persona doctoris Gobelij q
Luxemburgum missus fuit ut de his difficultatibus ageret (cum
quos in mandatis habebat, et non cum consilio). Qui sicuti dicitur
sumus Archiepiscopus mordicus sustinuit Abbatiam s. Maximini
omnibus et per omnia Archiepiscopi esse subiectam, negans
iura s. Sedis Aplica, negando iura Imperatoris et Imperij,
spem vltimam dedit quod captivum proxtorem relaxaret, aut ab ince
usurpationibus de abstineret.

Consilium itaq manum regiam et Imperialem adhibere, eadem
Archiepiscopi conatibus resistere coactum fuit, et aliquos subditos
chiepiscopus apprehendi curavit ad procurandam relaxationem
Pratoris in Zell. Praeterea arrestari aliquod redditus Archie
tus, ad procurandam relaxationem arresti quo huius monij
bona in Archiepiscopatu detinebantur propter non solutas
pretensas contributiones

Quo facto renovata fuit questio de subiectione aut non subiectione
huius monij de quo nunc agendum. Et primo pro probatione
universali quod nemini proterquam Pontifici et Imperatori
subiectum, repetuntur monij privilegia per se tam clara
quod nihil clarius adduci possit.

Pro probatione vero quod in eorundem possessione fuit usq
ad tempora Archiepiscopi et Abbatis commendatarij ab Isxibu
repetuntur ea quae ipsemet Romanorum regi et ordinibus
imperij scripto exposuit

Ad allegationem quam faciunt Treuerenses de sententia in
camera Impli lata anno 1570 Respondetur, nihil iuris per
eandem Archiepiscopo in monasterium adiudicari, sed tam Abbatem
quam Archiepiscopum a Fiscalis conclusionis absolui. Et ob id
Abbatem ad contributiones Imperij non teneri (virtute

nimirum de Forum privilegiorum) neq; Archiepum ad eandem
 solutionem nomine Abbatis secundum quod fiscus concluderat;
 quia nimirum Abbas ad nullas contributiones obligatur

Ad argumentum quod adducunt ex verbis eximentem et exemptum,
 Respondetur id nullo modo concludere, nam haec qualitates in sententia
 sunt posita, prout Archiepus easdem in actis poni et scribi procur-
 raverat, in quo Abbas nunquam intervenit.

Et quod si intentio Camera Imples fuisset quod Archiepus pro vero
 eximente haberetur procul dubio eundem ad solutionem con-
 tributionum nomine Abbatis condemnasset, qua enim ratione
 aut quomodo potest Archiepus Abbatem eximere si obligatus
 nisi solvendo?

Itaq; ex quo nulla condemnatio in Sententia continetur tantum
 Abbatis quam Archiepi, non potest Archiepus aliquid ex eadem
 in praedictum Abbatis inferre, multo minus subiectionem
 de qua agitur contra expressa verba recessus imperij Anni
 1548 qui sic loquitur

Quod soll Inger Traisforlich Traimergewist nicht allein In sachen
 ob ein stand billich oder umbillich außgezogen seyn, sondern auch
 ob ein oder wenig außblach bestrafft, der erinder erid In solchey
 fällen nicht ist praescribet, oder sonst außverbligey, nicht
 missigey In sachen seyn halff In daß nicht zu In nicht
 pfuldich: Dand zu dem allre ob dem gewinnungey auß
 Inger cum onere print außflanz oder forij. Inmfallre
 sollt, er in sich daß nach gelegenheit der sachen auß dem actis
 befindt, nach außertungh gemintre nicht In der runden
 Dand und llich zu sprachen haben.

Secundum quam ordinationem si Treuerenses putant aliquid
 in ipsorum utilitatem per praedictam sententiam indicatum
 ostendant necesse est quod Camera ipsis adiudicavit Abbatem
 cum onere aut sine onere sua quota in contribuhoib; Imperio
 debitis.

De quo sententia nullam mentionem facit, et ideo non possit
bona conscientia sustinere Abbatem ipsis adiudicatum &
parum cum onere quam sine onere, neq; per consequens
Abbatem ipsis esse subiectum.

Nec omittendum est, quod processus predictus institutus
fuit per Fiscalem Imperij contra monasterium eo tempore
quo vero pastore et Abbate carebat, nam Joannes ab
Hsenburgh tantummodo erat Abbas commendatarius.

Qui ea qualitate citatus non comparuit et si forsitan aliqui
comparuisse videbitur actis causa inspectis et examinatis
non inuenietur quod contra conclusiones Fiscalis in eadem
qualitate litem contestatus fuit. **Et** ita contra eundem
tali qualitate non fuisse processum neq; sententiatum; et
quod magis admirandum comparuit qualitate Archiepiscopi
Eveuensis, adscribendo sibi et assumendo pratersam qualita-
tatem eximentis, et non dando monasterio procuratorem
aut curatorem qui eius iura defenderet, et responderet sup-
eodem qualitate, et declararet utram qualitatem eximere
vellet fateri et admittere.

Ita quod monasterium indefensum relictum fuerit, nec audit
supra illa qualitate eximentis, neq; super articulis quas
eadem qualitate Archiepiscopus exhibuit.

Idq; non solum viuente memorato ab Hsenburgh qui a nota
collusionis cum Fisco vix excusari potest, sed ne quidem
post eius obitum. In quo et Sancta Sedes et sacrum Imp-
rium cum suo protettore maximam interesse habent, quod
auditi non fuerunt super contentis eorundem articulo-
rum si quod iudicatum est, contra ipsos oborto collo pro
Eveuenses volunt esse torquendum et intelligendum.

Per ^{articulos} quos idem ab Hsenburgh posuit et articulauit contrarium
eorum que coram Romano Rege et ordinibus Imperij
scripto deduxit.

fiscalis etiam non obstantes quod videbat in persona didi ab Gsenburgh concurrere duas qualitates quodammodo contrarias Archiepi et Abbatis, aut saltem Abbatem non habere iura monasterij cordi sed illa impugnare qualitate Archiepi eum quem debuisset. Quod etiam non ostendit, sed contentus fuit petisse a monacho capite legitimo earente exhibitionem privilegiorum qua satis flaccide contra Archiepi intentionem allegavit.

Neque illi cura fuit (prout esse debuisset) ut monasterio quod insigne membrum Romani Imperij dignoscitur, legitimus defensor a camera deputaretur.

Imo quod magis est quando post mortem Archiepi ab Gsenburgh procuratoriam eiusdem successoris vidit, non curavit novum Abbatem citari, prout curasse debuisset, quia ignorare non poterat quod si novus Archiepus electus erat quod etiam novus Abbas electus erat per religiosos qui Abbates commendatarios merito horrent, recusant et ^{ab ipso} ex gremio suo habere desiderant.

Nec dubium quin si novus electus Abbas Petrus a Luxemburgo citatus fuisset ad causam reassumendam, et positionum ex parte Archiepi exhibitarum communicationem habuisset, quin pro aris et focis secundum vulgare dictum certasset, ipsidemq se opposuisset.

De quibus omnibus Protector nunquam vel minimam notitiam habuit nisi postquam D. Archiepus Lottarius supra allegatam sententiam allegavit monasterij iura per eandem abiudicata esse contendit: qui merito hanc iniustam pretensionem sese auctoritate Imperatoria opposuit nec permittere voluit ab eadem hora qua huius iniqua usurpationis in extorquendis contributionis a monasterio et subditis eiusdem, ceotior factus fuit, ut diutius continuaretur. quandoquidem ius contributionis Archiepo nunquam ad iudicatum fuit.

Neque est quod exelament Tenevenses se inaudita causa non deberi in possessione turbari, etiamsi pradones essent, nam negatur quod aliquam possessionem habeant, habuerint, aut habere potuerint, ex erroneo facto Abbatis Blathia.

Qui Dominus Monasterij non fuit, et etiam si fuisset suo
facto sacro Romano Imperio, eiusq; iuribus praedictare
potuit, cum certum sit magis aut saltem aequae Imperi
hanc esse causam quam monasterij;

Quodq; a Protectore factum fuit auctoritate Imperatoria
facti primo in hiis Abbate ne in praedictum Imperij ultimum
Archiepiscopo contribueret aut a suis subditis quidquam contrib
permitteret.

Secundo requisivit D. Archiepiscopus ut ab huiusmodi contri
tionum exactione abstinere, et dum abstinere recusant
abstinere coegit.

Nec possunt Treuerenses de hac regia executione plus conq
vi quam Abbas cura monasterio de regia inhibitione, quae
Protector eadem auctoritate fecit

Uterq; enim Imperatorem et Imperij iura offendit, Ar
episcopus exigendo; timidus Abbas Mathias concedendo
eiusq; successor Abbas Reinerus praedecessoris sui factum
continuando, donec quid inde Treuerenses inferrent am
maduertit, quia ex quo eorumdem intentionem detex
publice et palam sese opposuit et de commisso errore
indoluit

Et tantum abest quod hac de re Treuerenses conqueri
possint et ad continuationem inuasionum et usurpation
iurium Imperij contendere, quin potius compellendi sint
restitutionem omnium eorum quae indebita extorserunt

Negatur itaq; quod unquam in possessione iuris collecta
fuerint, aut si fuerint (respectu per ipsos decepti Abbat
Mathiae et Reineri) non fuerint respectu monasterij, n
Imperij, neq; Protectoris.

Negatur etiam quod vi aliqua deiectioni sint, non ab Abba
quia vim nullam fecit in eo ipsi a protectore Impera
rio ne amplius solueret inhibitionem fuit, non ab impe

aut Protectore ^{is qui} quia ~~pro~~ iure suo utitur prout est superior
contra inferiorem inobedientem, qua ipsi non competant
usurpantem, et socium suum etiam in qualitate inferiore
opprimantem, vim aut iniuriam non facit

Ferant igitur patienter Treverenses si quando requisitionibus Imperatoris nomine factis obedire recusaverint
autoritate Imperatoria ad obedientiam coacti fuerint.

Eo magis quod nimis ~~non~~ emungere coacti fuerunt istud monitum
quod ipsis nulla ratione est subditum, et praesupponendo non tamen
concedendo quod sententia anni 1570 clavis verbis declarasset quod
monitum Archiepatus collectas Imperij solvere teneretur

Non debuerunt talem ad iudicationem extendere, prout extendere
conantur quasi Abbas in omnibus contributionibus Archiepatus
obvenientibus pro sua parte contribuere obligaretur

Et ex tam iniqua extensione inferre tam iniustam et intolerabilem
consequentiam quod Archiepiscopus sit Monasterij s. Maximiani
supremus Dominus vulgo Landesherr. Causa totius istius
disputationis, quia hanc illationem, et iniuste usurpatum titulum
cum omnibus iniquis medijs per qua illam Treverenses
inferre conantur. Protector bona cum conscientia tollerare
aut dissimulare nec debuit nec potuit.

Prædictis illicitis actibus adicientur duo de quibus ne Archiepiscopi
nec ij qui eorundem consiliarij fuerunt nunquam se excusare
poterunt apud s. Rom. Sedem Apolicam aut max. Imperialem,
et propter quos Protector necessario coactus fuit (etiam si inuita)
manu regia, auctoritatem regiam sibi commissam interponere.

Primum est quod Archiepiscopus dander Leyen non contentus afflixisse
Abbatem Petrum sicuti antedictum est, et contendisse omnibus
modis ut Abbatiam in commendam de tenere posset: et quando appa-
rentiam non videbat eandem se retinere posse, pretensum suum in
medianse maxima pecunia summa cessisse; Abstineret non potuit

neq se continere quin aliquid aliud adhuc in pra iudicium
iurium huius Abbacia moliretur.

In hoc nimirum quod posteaquam Abbas Petrus post in-
tas persecuciones, lites, labores, auxilio Serenissimi Regis
Hispania, qualitate Ducis Luxemburgensis in Abbatem
esset a sancta sede confirmatus, electione de eius perun-
per conventum facta, rite et solemniter approbata
Mandavit Suffraganeus suo supra celebrando actu benedicti-
a nouo Abbate requiretur, declararet, absq expresso man-
dno sui Reuerendissimi et principatus id per ipsum fieri
posse.

Eo fine ut nouus Abbas pro huiusmodi mandato apud ipsum
tanquam principalem instaret. Et quando instaret commi-
ssem expediret cum clausula per quam successiuo tempore
Archiepi potensiones suas contra Abbates probare possent.

Casus euenit ex voto Archiepi

Abbas requirit Suffraganeum ut benedictionis actum celebra-
Recusat is et se excusat sub praetextu quod sine expresso
mandato sui domini id facere non audeat. Abbas (sicut pri-
uidebat Archiepi) instat apud eundem litteris suis pro
mandato.

Archiepi hac occasione (etiam si de iuribus monasterij quod
sanctae sedi immediate esset subiectum sufficienter esset infor-
matus) et qui post obitum Archiepi ab Isenburg abbati
commendatarij omnia monij privilegia ad aliquot anno-
tanquam speratus commendatarij detinuerat. Icurat ex
diri mandatum et commissionem de benedicendo Abbate
contra tenorem bullaram ex vobis in eum finem missas
Iuxta omnes bullas continent haec verba
Monasterij sedi Aplice immediate subiecti S. Max-
mini prope et extra muros Treuerenses.

164

Archiepiscopus vero contrarium praeferens his verbis commissioem
dedit.

Ut venerabili et religioso in Christo nobis dilecto Petro
Electo in Abbatem monasterij S. Maximimi munitus
Benedictionis dum desuper fueris requisitus nostro
nomine valeas impendere

Et quamvis Supremus Abbatia officiatu Scipio ipso die benedic-
tionis discretis verbis dum Pontificali bus indutus Suffraganeus
ad Altare progrediretur, protestabatur non interdere Abbatem
Priorem et conventum quod virtute istius commissiois bene-
dictionis munus conferret et autoritate ordinaria; Sed virtute
Bulle ex urbe missae autoritate Aplica.

Nilominus Suffraganeus Georgius Episcopus **Motensis** praefereus
affectionem qua erga suum Archiepiscopum sequebatur, obligatio
qua Aplica sedi obligabatur, non fuit veritus violare bullam
Aplicam per quam forma iuxta quam Abbas iurare tenetur,
expressa erat: Et dum Abbas Petrus in ipso actu iurandi
erat interserere verba quibus Archiepiscopo obedientiam et sub-
jectionem iurabat.

Quod intelligentes Prior et cantor monasterij qui proxime
adstabant (quamvis Abbas ad huiusmodi verba non attenderat)
confestim in ipso actu benedictionis de huiusmodi novitate sunt
protestati, percipientes intelligentiam, correspondentiam, et
artificium quod inter Archiepiscopum et Suffraganeum fuerat.

Deoq. Abbas, Prior, et conventus instrumentum protestationis
contra eundem Suffraganeum per notarium conscribi curavit
